

ad solam culpam veniale. Ad confir. & cetera argumenta, cū suis confirmationibus, constat ex dictis. n. 7. & 7. vbi id non dānum, sed prolis beneficium esse probauimus: & esto damnū esset, eius incertitudinem, & raritatem excusare.

11 Haecenus de petitione debiti sermo habitus est. Circa redditionē autē, totidem inuenio opiniones. Prima ait esse mortale, reddere tēpore menstrui naturalis. Ducitur, quia est mortale petere ratione dāni prolis: ergo & reddere. Quia damnū prolis vterq; coniux vitare tenetur. Et quia vagus concubitus ideo est intrinsecē malus, quia cedit in prolis detrimentū. Si ergo tēpore menstrui accessus sit in eiusdē damnū, erit intrinsecē malus, ac proinde lethalis, tā in petente, quā in reddente. Ita docēt Scotus, Guillel. Vorrillong. Angelus, Rosella, Angles, Cañedo, quos. n. 2. retuli, vbi & posui limitationes Angeli.

12 Secunda sententia docet culpā esse reddere: subicit autem, mortalis ne, an venialis sit. Ita Glossa cap. final. verb. ablaçetur d. 5. Anton. & Alexan. de Neuo. n. 2. allegati. Turrec. allegatus, nu. 3. & ex Theologis, quidam antiquiores (vt refert. D. Th. 4. d. 32. quæst. vnica, art. 2. quæstiuncula. 3. corpore,) & D. Bonauen. ibi, ar. 3. q. 1. dicit videri probabiliorē. Eandem tenent Bassolis ibi, q. vnica, art. 3. Ricardus, Mayronis, Celaia, num. 3. allegati. Nicolaus de Niffa super. 4. sententiarum, tract. 6. p. 3. de matrimo. q. 4. paulō ante argumentorū solutionem. Limitant Anton. & Alex. de Neuo, nisi adfit fornicationis periculum: tunc enim ait Anton. saltem non esse mortale reddere, & Alex. de Neuo dicit, nec esse veniale. Secundō temperat Cleia, nisi certa sit vxoris sterilitas.

13 Tertia sententia ait, coniugem, minimē teneri reddere: vtrū autem licitē possit, non meminit. Sic Almain. 4. d. 32. q. vnica. ad fin. Ioan. de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 46. Viger. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. Enriquez lib. 11. de matrimo. c. 15. n. 7. Temperant Ioannes de Friburgo, & Enriquez, nisi coniux sentiat exigenti periculum fornicationis imminere. Addit Ioannes de Friburgo, posse coniugem licitē reddere, quāuis nō teneatur.

14 Quarta sententia ait licere coniugi reddere, si alter admonitus desistere nolit à petitione, nō explicat autē nū in eo euentu reddere teneatur. Qualis autem debeat esse admonitio, explicabo. n. sequenti. Ita

Rainerius, & Nicolaus de Orbellis allegati. nu. 2. Astenus, & Hugo ibi citati. Caiet. sum. verb. mat. e. vlt. vers. 3. caput. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 5. fin. Maio. 4. d. 32. q. 2. argumen. 4. contra. 3. concl. Medina lib. 1. summa. c. 16. §. 13. fol. 232. vers. lo tercio. Ludou. Lopez. 1. p. instr. c. 84. §. porro quia, & c. 82. paulō post principium. Temperat Maioris, nisi sit verisimile prolis dānum. Et nō faciēs mentionē illius admonitionis, dicunt licere reddere bono fine, Nau. Matien. Philia. n. 6. allegati. Imō absque nulla limitatione id asserit Glossa, & Castro eod. n. 6. relati. Thomas de Argentina. 4. d. 32. q. vni. ar. 1. Verac. Grassus, Vega, vbi. n. 5. eos retuli.

15 Vltima sententia docet non tantū licere, sed teneri debitū reddere, vbi vir admonitus nō respicit: & hanc admonitionem tunc præmittendā, quando vxor probabiliter credit fore vt profit, nec tūc teneri suā passionē patefacere, ne odio habeatur, sed debere precibus non vrgentibus, ne fornicadī occasione viro tribuat, eū auertere: vel aliquā occasione prætenendo, vel si de eius prudētia spē probabilem cōcipiat, fore vt eā odio non habeat, suam passionem detegendo. Quia coniux tenetur ex debito iustitiæ debitum reddere, nec videtur sufficiens excusandī ratio, damnū prolis, quod vel nullum, vel rarissimum, in certissimumque est. Ita D. Thom. 4. d. 32. quæst. vnica, ar. 2. quæstiuncula. 3. corpore, vbi Palud. q. 1. art. 3. num. 13. vbi Sotus. q. vnica, art. 2. ad. 2. Carthusianus. q. 1. & in c. 15. Leuitici, post mediū q. 2. Sylu. verb. debitum. q. 6. Ledesma. 2. par. 4. q. 66. artic. 1. §. hæritabis tamen. Nider sum. præcepto. 6. c. 4. vers. item mēstruata. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. præcepto. 6. vbi de debito coniugali, §. si mulier. Bartholomeus à Ledesma. Petrus à Ledesma. Manuel, allegati. n. 5.

16 Mihi placet hæc vltima sententia, vt nō solū liceat mulieri reddere, sed etiā teneatur. Quia si exigere, quod omnino voluntariū est, valet culpa, vbi iusta causa inducit: vt diximus, num. 7. nedum reddere, ad quod lex iustitiæ obligat: que enim iustior causa excogitari potest, quā propriæ obligationi satisfaciendi? Et cū reddere liceat, tenebitur vtiq;. Quia nulla iusta causa ab eo se onere eximendi, subest, vt probaui n. præcedenti. Præterea, quia ad summum vir exigens delinquit venialiter, vbi autē sola venialis adest culpa in exactione, te-

netur

neturalter cōiux reddere: vt probaui hoc lib. disp. 6. n. 6. Nec credo admonitionem de qua egi, num. præcedenti, esse in præcepto. Durum enim videretur non existentē damnū prolis, ob quandam indecentiam venialē, quam ad summum vir admittit, exigens, in cas vxorem angustias redigere, vt effugere debeat occasiones, quō se eximat: eō vel maxime, quōd si sepe viri intelligat ex odio procedere, aut saltem ex amoris defectu, & cū sint ad fornicandum proni, in alias incontinentias labentur. Quare teneri tūc vxorem reddere non sista admonitionis mentione, docent Astenus. 2. part. quæstion. 166. membro. 3. fine. D. Bonauen. 4. d. 32. art. 3. quæst. 1. & in expositione literæ, numer. 7. Petrus de Tarantalia ead. d. 32. art. 3. quæst. 3. & ibi Palacios disp. 1. fol. 707. Abulen. cap. 5. Matthæi. q. 245. Henricus capit.

inquisitioni. n. 10. de sent. excom. Ledesma. 2. p. 4. q. 55. art. 1. fin. Gaeta repet. ead. l. mina. 30. q. 1. §. 4. n. 180.

17 Exciperem tamē casum illum, qui moraliter est impossibilis, nimirum, si coniuges probabiliter existimaret̄ nonstrum ex eo concubitu gignendum, quamuis enim cū vir non peccet mortaliter exigens, vt dixi numer. 8. ac proinde possit vxor reddere non existimo illam ad id teneri. Quia detrimentum magnum vxoris est filium tanto affectum morbo habere. Quis enim dolor æquabitur ei, quem mater perpetuo patietur præ oculis habens eam prolem? sicut vxor potest debitum reddere viro leproso, cum notabili infectionis periculo, non tamen ad id tenetur, vt dicemus hoc lib. disput. 2. n. 23.

18 Ad argumentum nu. 11. propositum constat ex dictis. n. 57. & 10.

DISPV T. VIGESIMATSECVNDA.

Vtrum illicitus sit concubitus inter coniuges tempore quo vxor est grauida, aut post partum ante purificationem, aut ablaçtionem infantis?

SVMMARIVM.

1 An sit mortale, petere, aut reddere, tempore prægnationis, si aborsus periculum sit. nu. 1. Proponuntur argumenta ad probandum esse mortale, etiam cessante eo periculo, nu. 2. Non est mortale. n. 3. Refertur opinio asserens esse veniale, petere, aut reddere. n. 4. Non est veniale, sed sub præcepto reddere. n. 5. Nec petere. n. 6. Diluuntur argumenta. n. 7. Post partum, non est necessarium expectandum purificationis tempus. n. 8. Nam si culpa ante purgationem, petere, aut reddere? Refertur duplex opinio, numero. 9. & 10. Sententia Auhoris, nu. 1. Et an alter coniux teneatur reddere? nu. 12. Refertur sententia damnans accessam, dū inians lactatur. n. 13. Sententia auhoris. n. 14. Quid, si femina proleui lactans sit pauper, nec sit saluēdo nutrici puerum lactaturæ, nū sit peccatū petere, & teneatur reddere? n. 15. Soluuntur argumenta. n. 16.

19 **T**Riplex petitur difficultas breui dissoluenda. Prima, de tempore prægnationis. Secūda de tēpore post partū ante purificationem. Tertia de tēpore, quo proles lactatur. Et quid si tempore prægnationis, sit aborsus verisimile periculum vteno ad cōiugali, manifesta est lethalis culpa, petere, aut reddere. Quia talis cōcubitus bono prolis aduerfatur, quod maxime spectat cōiugalis vsus, atq; ita frustrat suō fine, perimiturq; innocēs fetus. Ita docēt Ricar. 4. d. 32. ar. 3. q. 2. Henric. c. inquisitioni. nu. 8. de sent. excom. Asten. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 3. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Ros. verb. debit. n. 8. vbi Ang. n. 33. Syl. q. 5. Tabien. matr. 3. q. 5. §. 6. Abu. c. 5. Matr. q. 243. Tur. c. si causa. n. 1. 33. q. 4. Pet. de Led. de matr. q. 64. ar. 1. dub. 4. Qui addit pensandū esse hinc inde periculum aborsus fetus, & ex altera parte incontinentiæ coniugū. Sed existimo nullū incontinentiæ periculum præpōderare posse verisimili aborsus periculo, ita vt cōcubitus eo existēte licitus reddat. Quia illi incontinentiæ discrimini alijs vijs, & medijs cōsuli potest, absq; fetus dāno.

Fiff 3 Infu-

-301

Insuper aduertunt Angelus, Sylu. & Tabiena, maius esse discrimen abortus, circa conceptionis initium utendo actu coniugali. Quia licet teste Auicena matrix post conceptionem claudatur, at vehementer coitus delectatione irritata, aliquando aperitur, & materia nondum coagulata effunditur, dispergiturque. Et cum hoc periculo eoi re, licet damnū illud minimè intendatur, ait Tabiena esse mortale, sed veridus Sylu. & Angelus, dicunt non esse mortale. Quia cum materia nondum sit formata, non tūc id damnum faciendum est, ut constituat lethalem culpam in dantibus operam relictis, iureque suo ventibus, nec illud intenditur.

Quando autem cessat abortus periculū, videtur adhuc lethale esse, uti actu coniugali tempore prægnationis. Primò, quia D. August. de bono coniugali. c. 6. tom. 6. inter nidos excessus, hūc computat, ibi. *Sunt adeo incontinentes, ut coniugibus nec grauius parcaut.* & D. Ambros. super. 1. ad Corinth. 7. & refertur. c. si causa. 33. q. 4. ait. *Ratio conceptus, & partus, iuxta legem cessare oportet, his debere demonstrant.* D. Hier. lib. 1. contra Iovinian. & refertur. c. origo. 33. q. 4. ubi dicitur *se causa reipublice, & generis humani iungi, imitetur salte pecudes, & postquam uenerit vxoris inuenerit, nō perdant rationē.* Vbi gloss. verb. non perdat, reddit rationē, eod quod frequenti cōcussione pereat partus, & D. Iffid. lib. 2. de summo bono. c. 39. & refertur. c. non solū. 32. q. 7. tunc coeūtes carpit, quasi pecoribus detiores sint, que ubi conceperint, ultra non indulget maribus copia sui. Atque Tiraq. l. 15. cōnub. n. 141. & Hippocratis, & aliorū Medicorū sentētia probat periculum esse abortus, si ad mulierē, quæ recēs concepit, vir accedat: & quā detestandū id sit, multis testimonijs vsq; ad nu. 146. confirmat. Atque l. 9. cōnub. n. 85. probat multis adductis, inter animalia solā equā tēpore prægnationis appetere cōcubitū. Secūdo, quia talis concubitus videtur cōtra naturā, frustratur enim semē illud generationis sine, cum mulier dum grauida est, concipere nequeat.

Cæterū omnes cōueniunt Doctores, minime esse lethale culpā, etiā exigere tunc debitu. Tū, quia nulla inuenitur prohibiti accessus in eo tēpore, ut cōstabit ex solutionibus argumētōrū. n. 7. proponēdis. Tū etiā, quia matrimoniū nō solū est institutū in officii naturā, sed etiā in cōcupis-

cētis remediū: quod minime præstaret, imò rete maximū, si tanto tēpore coniugibus abstinentū esset. Atque ita docēt omnes auctores, n. allegati: & allegati. n. 4. & 7. & vltra illos. D. Tho. 4. d. 3. in fin. in expositione literę Alber. Mag. ibi. ar. 22. in solu. ad. 1. Carthusian. 4. d. 32. q. vni. ad fin. Ioannes de Fribur. sum. confesso. lib. 4. tit. 2. q. 44. Alex. de Neuo rubr. de Spon. n. 21. ca. su. 3. Emman. Sa. sum. verb. debitum coniugale, vers. nullus cōpula modus.

Verū autem sit venialis culpa, tunc exigere, sub iudice est. Quidā enim opinantur venialem esse. Quod saltē probant testimonia Sanctorū, & rationes adductæ. n. 2. Atque ita sentire videtur. D. Thom. Albertus Magnus, Ricardus, Hiericus, Alex. de Neuo, Rosella, Angelus, Sylu. Carthusianus, Turrec. Ioannes de Friburgo, Tabiena, Emman. Sa. n. 1. & 3. allegati, dum disputātes de culpæ huius qualitate, dixerunt eam non esse mortale, quasi supponentes esse veniale. Et expresse tenent Alesius. 2. p. q. 166. membro. 2. ad 3. & argumentis que posteriori loco proponit. Rain. 2. p. sum. rit. de matri. q. 6. Palu. 4. d. 32. q. 1. ar. 3. nu. 12. Monal. sum. tra. c. de matri. tit. de effectu matrimoni, vers. sed nūquid cognoscere. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Gerson. 2. p. in compendio Theologie, tractatu de sacramēto coniugij, al. phabeto. 27. littera P. Alesius sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 4. q. 3. Gaeta repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 176. Petrus de Soto lect. 26. de matri. §. sunt etiam præter hæc. Sotus. 4. d. 3. 1. q. vnica, ar. 3. fin. & ibi Palacios disp. 2. fol. 692. vers. hæc sunt argumenta. Imò & Gerson ibi ait etiam reddere esse culpā venialem.

Primò tamen dico, absque dubio nullam esse culpam, reddere. Quia reddendi obligatio lege iustitia præscripta, excusat ab incontinentia veniali, si que tunc esset in ea debiti exactione voluntaria, ut non sit in redditione necessaria. Atque ita docēt Palud. Monaldus. num. præcedenti allegati. Ioannes de Friburgo, Carthusianus, Syluest. numer. eodem citati. Imò tenetur cōiux reddere. Quia nulla est iusta excusatio, & ad summum peccat exigens venialiter: ut diximus, numer. 3. quorū autem sola est venialis culpa in exigente, tenetur alter coniux reddere, ut probauimus hoc lib. disp. 6. numer. 6. Ita docuit Alesius. 2. par. quest. 166. membro. 3. sine, Ricardus, Alesius, Hiericus, D. Ant. Rosell. Angel.

Turrecremata, Gaeta. n. 180. quos. n. præcedenti retuli.

Secundò dico, probabilis esse nec culpa veniale in ea debiti exactione inueniri. Quia nullam prohibitionem reperio, & ubi necessitas non cogit, multiplicare culpam non oportet, eod vel maxime, quod matrimonium laqueum injiceret, si hæc esset culpa venialis, cum enim magna temporis matrimonij parte vxor grauida sit, vel abstinentū esset coniugibus ferè semper à debiti exactione, vel innumera essent venialia admittenda. Ita docēt Glossa cap. si causa. 33. quest. 4. verb. conceptus. Anton. rubrica de spon. salib. num. 14. Abul. c. 5. Marth. q. 243. Supplementum Gabrielis. 4. d. 32. q. vnica, art. 2. post. tit. conclus. Nicolaus de Orbellis ibi. q. v. nic. §. 4. Alberti rubrica de spon. salib. c. n. 15. Hieronymus de Zenonis tract. de foro conscientie, & cōtētiōsa. n. 147. habetur to. 3. tractatu nouiorū. p. 2. Verac. §. p. Spec. art. 17. conclus. 3. Matienso lib. 4. recopil. tit. 1. gloss. 1. rubricæ. nu. 110. Palacios. 4. d. 32. q. 1. fol. 708. vers. porro autē. Henriquez lib. 1. de matri. c. 15. n. 7. & videtur sentire Tiraq. l. 15. cōnubial. n. 141. ubi ait non omnino interdici concubitū tempore imprægnationis, sed ne modus, & temperantia excedatur.

Ad argumenta, nu. 2. proposita, dico ea omnia testimonia intelligenda esse, iuxta dicta, num. 1. vbi, nimirum, esset verisimile abortus periculum, vel de consilio loqui. Nec obstat periculū, quod refert Tiraq. ibi allegatus, quia id contingit antequam materia sit formata, ut dicebam, numer. 1. quod ut ibi probauit, non constituit culpam mortalem: eod vel maxime quod rarissimè id accidere experimur, cum tamen crebrè, & indiscriminatim viri ad vxores accedant. Ad secundum dic, non posse tunc factam concipi, minime prouenire ex natura, & modo cōcubitus, quod desideratur ut is sit peccatum contra naturam: sed per accidens, quia fœmina est grauida.

De tempore post partum, manifestū est non teneri coniuges observare tempus purificationis lege antiqua, Leuit. 12. præscriptum, nempe, ut mulier masculum paritē abstineret quadraginta diebus ab ingressu Ecclesie, fœminā verò, octoginta: quo etiā tēpore pariter videbatur vfus cōiugij interdictus. Quia durabat adhuc corporalis immunditia, donec eo tracto puri-

ficaretur, sed cū hoc præceptū ad ceremonialia pertineret, iā extinctū est. Et sicut nō tenetur mulier eo tēpore abstinerere ab Ecclesie ingressu: ut dicitur. c. vnice, de purificatione post partum: ita nec à coniugij vtu. Atque ita sentitur Ricard. 4. d. 3. art. 4. q. 1. vbi Palud. q. 1. ar. 3. num. 12. Maioris. q. 2. argumento. 4. contra. 3. concl. Nicolaus de Orbellis. q. vnica. §. 6. Palacios disp. 1. fol. 711. Abulensis. c. 5. Marth. q. 244. D. Anton. §. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Veracrus. 3. par. Specul. ar. 17. conclus. 3. Matienso lib. 4. recopil. tit. 1. gloss. 1. rubricæ. n. 110. Grassi. 1. p. decisionum. lib. 1. c. 82. n. 207.

Difficultas autem est, de tempore quo reuera durat immunditia illa corporalis post partum. Quidam asserunt uera esse mortale, petere debitum, nec esse reddendum, cessante fornicationis periculo. Probaturque testimonio. D. Grego. resp. 10. ad Augustinum, & refertur. c. fin. d. 5. ubi. *Et nisi purgationis tempus prius transierit, visis suis non debent admisceri.* Ita Antonius rubrica de spon. salib. n. 14. & ibi Alex. de Neuo. n. 21. casu. 1.

Alij vero sentiunt esse veniale. Quia videtur quædam imbecillitas. Sic Palud. n. 8. allegatus, Tabiena matrimonium. 3. q. 7. §. 8. Monaldus summa, tra. d. de matri. ut. de effectu matrimoni, vers. sed nunquid cognoscere. Idē cū hac moderatione, si recenter fœmina enixa sit, docent Sor. 4. d. 32. q. vni. art. 2. fin. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 83. §. porro tempore. Gloss. n. 8. al. legatus. Idē videtur sentire Dominicus c. fin. notabili. 3. d. 5. vbi ait eo tēpore non debere coniuges conuenire. Et Aulensis quæ. n. 8. retuli, ait enim non esse necessarium purificationis tempus expectare, sed aliquantulū, dum ab immunditijs mulier purificatur, & antea accedere ad illam nō esse mortale. Et Supplementum Gabrielis. 4. d. 32. q. vnica, art. 2. post. 11. concl. vbi ait non teneri tunc coniuges abstinerere, si timent sibi incontinentiam, & mulierem reddere debere, si vir precibus inductus nolit desistere, & sit fornicationis periculum. Et Maioris. 4. d. 32. q. 2. argument. 4. contra. 3. conclusionem, dicit enim nō esse præceptū in lege noua expectandi aliud tēpus, si mulier iam purgata sit. Atque fauent etiam Ioannes de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 45. & Sylu. verb. debitum quest. 4. vbi quæsis dicit textus prohibentes accessum, intelligi de consilio, subdunt tamen petentē non peccare

mortaliter; atq; ita sentire videntur peccare venialiter, & Henricus. c. inquisitioni. n. 9. de sententia excom. vbi dixit textus loqui de consilio, & reddentem non peccare.

11 Sed probabilius existimo nullam esse culpam, tunc debitum exigere, sed textus loqui de consilio. Duceo ratione. n. 6. proposita. Atque ita sentiunt Ricard. 4. d. 3. 2. ar. 4. q. 1. vbi & Palacios disp. 1. fol. 711. Athesis summa. 1. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. vltim. Angel. verb. debitum. n. 3. 4. vbi Rosell. n. 9. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Turrec. c. fin. n. 1. d. Henriquez lib. 1. de matrim. c. 15. n. 7. Temperant bene Angelus, & Palacios, nisi ex eo concubitu grauis morbus femine immineret. Nam tunc de culpa iudicandam esset, iuxta morbi grauitatem, eiusq; probabilitatem. Atq; ita cum notabilis morbi aggravatio timeretur, esset mortale, vt bene docent Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 3. num. 12. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Sylu. verb. debitum. q. 5. Margarita cofessorum. 6. p. p. cepto, fol. 87. & explicant Sylu. & D. Anton. siue petat, siue reddat coniux.

12 Nulla autem ex parte femina: tunc subest legitima excusatio, quin debitum teneatur reddere: Cum vir exigens aut non peccet, aut saltem venialiter, vt in simili probauit. n. 5. & docent Astensis, D. Antonius, Rosell. n. p. p. cepti allegati. Sylu. verb. debitum. q. 4. Quod intellige, nisi esset periculum grauis morbi in femina, tunc enim non teneretur, vt dicemus disp. 2. 4. num. 2.

13 Demum de tempore quo mater sobole lactat, quidam censent esse peccatum lethale, debitum petere. Probatur ex D. Gregorio responsione. 10. ad Augustinum, & refertur. c. fin. d. 5. ibi, *Ad eius verbum concubitu vir accedere non debet, quousque qui gignitur, ablaetur.* Præterea, quia timor est nocenti proli: vnde Galenus lib. 1. de fanitate tuenda, sic ait. *A venere omnino abstinendum esse quousque lac præbetur, moneo. Nā & menses veri consuetudine pronoscantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Quin etiam aliqua in vtero concipiunt, quo alienius à puella adhuc lactante nihil est.* Et Plinius lib. 28. naturalis historia. cap. 9. ad principium, sic ait. *concipere nutrices exitiosum est.* Atq; non tantum infanti lactenti, sed & foetui qui in vtero est, id frequenter lethali

te est, vt Doctorum antiquorum medicorum testimonijs comprobatur. Tiraq. l. 1. connubiali. n. 139. & sequenti. Ideoq; hanc sententiam tuentur Anto. rubri. de Spof. nu. 14. & ibi Alex. de Neuo. nu. 21. casu. 2. & id non licere sed prohibitum esse. d. c. finali, docent Dominicus ibi notabili. 1. Tiraquellus. l. 15. connubiali. n. 139.

Verum existimo nullam esse culpam, minimè tunc à debiti exactione abstinere. Quia damnum proli lactenti quod sequitur, si ex eo concubitu proles concipiatur, caueri potest, si eo tempore nutrice lactanda tradatur, & cum parètes pauperes sunt, experientia compertum est eos nulla obseruare tempora, quibus à concubitu abstinere, nec prolem nutrice lactandam committere, cum tamen id notabile damnum in prole non perspiciamus, & ob rem incertam, raramq; durissimum esse iugum moraliter possibile humeris coniugum imponere, vt simul in eodem lecto acubantes, biennio quo infantis lactatio durat, abstinere: atq; iterum cum mater pepererit, alio biennio: ac proinde matrimonium pauperibus non remedium concupiscentiæ, sed laqueus, ac causa multorum peccatorum esset. Quod si aliquod proli damnus non tanti momenti inferatur, non tenerent parentes medio tam difficili, ac moraliter impossibili, illi occurrere. Atq; ideo solum esse consilium eo tempore non petere, docent Ricardus, Astensis, Rosella, Turrecemata citati. n. 11.

Id tamen fateor cum Petro de Ledesma de matrim. q. 64. ar. 1. dubio. 4. excusari à reddendi debiti obligatione matrem lactantem prolem, ac ita pauperem vt non sit soluendo nutrice lactatura, expectantque vbera exlicari si concipiat, aut lac esse valde perniciosum proli. Non tamen dānam virum exigētem. Quia ea esset causa iusta prolem exponendi, ne tamiudiqui abstinere cogatur, cū tanta difficultate, quin potius morali impossibilitate: aut alia via posset proli consulere, quæreres virū qui cum eam elemosynam eroget: sicut si mater obiret. At mater non teneretur tanto se damno, & periculo similem patienti dolorem exponere, vt in simili dixi disp. p. c. d. n. 17.

Ad argumenta. n. 13. proposita dic. Ad primum id esse consilium. Ad secundum constat ex dictis. n. 14.

DISPUT. VIGESIMATERTIA.

Vtrum tempore furoris, alterius, vel vtriusque coniugis, licitus sit actus coniugalis?

SYMMARIVM.

Coniugij non omnino mente desituro, sed fatuo est debitum reddendum. n. 1.

Idem. si in vna, vel altera speciali v. m. c. impositum. n. 2.

Idem. si omnino sit amens, seuatur tamen lucidis interuallis. & tunc petat. n. 3.

Refertur opinio asserens reddendum esse petenti furoris tempore. n. 4.

Si ambo coniuges, amētes sint, est morale eos coniungere. n. 5.

Mors ale est, habetq; easdem circumstantias, si quis solus amens coniugatur, quas habet ea copula, si sui composites. n. 6.

Si alter solus sit amens, an ex natura rei liceat copula inter coniuges? & quid, si periculum sit pro se, aut aborsus, aut seminandi? & n. 7.

Quid, si vxor sit amens, vir autem sui composus? n. 8.

Quid, si contra solus vir sit amens? n. 9.

An coniux sanus teneatur reddere debitum amanti petenti? n. 10.

Quid, si timor sit incontinenti? n. 11.

Quid, si vterq; aut alter coniux sit ebrius, n. 12.

Quid, si debita sit copula? n. 13.

Soluntur argumenta. n. 13.

In hac disputatione certum est, licitum esse coniugij vsum, vbi vel vterque, vel alter coniux, non omnino mente desitutus est, sed est fatuus, ac instar pueri, rationis vsurā habens, quos vulgo, tontos, appellamus: teneriq; alterū alteri debitum reddere. Quia reuera vsuratiōnis, libertateque fruitor, & capax est meriti, ac culpæ. Ita Ricard. 4. d. 3. ar. 4. q. 2. & ibi Supplementum Gabrielis. q. v. nica, ar. 2. post. 11. conclusionem.

Idem dicendum est, si coniuges non omnino amētes sint, sed in vna, aut altera, cum tamē circa matrimonium, & alia, sint sui composites. Quia hos matrimonij inestimabilem capacem esse probauimus, lib. 1. disput. 8. nu. 23. nedum obligationis soluendi sibi debiti, vbi ea matrimonio iam contracto amentia accidit.

Idem asserere oportet, si amētes lucidis interuallis fruuntur, & eo tempore lucidi

interualli petant debitum. Quia tunc liberè, & acta humano perunt. Ita Ricardus, & Supplementum. n. 1. allegati. Nocolaus de Orbellis. 4. d. 3. 2. q. vnie. §. 10. Astens. summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 3. q. penult. Bartholomæus à Ledesma. diff. 49. de matr. fin. Existimo tamen, si lucida interualla essent rara, & probabile periculum verfaretur perpetua amentia, atq; ita deficiens educationis proli, aut aborsus iudicandum esse, ac distinguendum, sicut de perpetua amentia vnus, aut vtriusq; coniugis, dicemus. n. 5. & sequentibus. Quia cum idem sit periculum, idem iudicandum est.

Difficultas autem est, vbi amentia est totalis, & perfecta, nullisque intermissio nibus gaudens? Quidā asserunt teneri coniugem mentis comitem amenti exigenti reddere, nisi probabiliter timeat notabile propriæ personæ damnum. Probatur, quia amens retinet dominium corporis alterius coniugis, adeoque finis matrimonij, cum ex eo concubitu possit æque proles generari, ac si coniuges sani essent. Nec obstat, si obijcias, periculum esse ne proles fatua, amensq; nascatur. Quia melius est illi sic esse, quàm nunquam esse. Et confirmatur, quia finis secundarij matrimonij, nempe, remediū concupiscentiæ, manet post furorem. Ided hanc partem tueretur, Angles verb. debitum. n. 5. vbi Syl. q. 1. ver. secunda est, in fine. Nauar. sum. c. 16. hispanè. n. 26. latinè. n. 27. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. ar. 3. §. an autem si vir. Corduba lib. 3. questionarij. q. 8. fol. 186. col. 2. §. contra supradictam resolutionem. Veræ. 1. p. Speculi, ar. 41. §. penult. Palacios. 4. d. 3. 2. disp. 1. ad finem, casu. 1. 2. fol. 712. Gradis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 83. n. 4. & clarè videntur tenere Abbas. c. 2. no. 3. & ibi Alex. de Neuo. n. 3. de coniug. leprof. vbi aiunt, nullam in firmitatem quantumcūq; grauem, licet superueniat dementia, præstare facultatem dissoluendi matrimonij, etiam quoad thorum, & mutuum seruitutē. Et probant ex eo textu.

Prima tamen conclusio sit. Si ambo coniuges sint mentis impotes, separandi sunt, donec ad mentem redeant, & reus esse

culpa qui eos ad copulam incitaret. Quia licet ipsi amentes minimè delinquant defectu libertatis, at qui eos copularet, concurreret ad evidens proles educandæ damnâ, careret quippe parentibus qui eam educare, instrueriq; possent. Et confirmatur, quia propter simile prolis detrimentum, vagus concubitus est illicitus. Imò in hoc euentu magis destituta est proles, quàm vbi concubitus est vagus. Ita docet Bartholomæus à Ledesma de matrim. diff. 49. ad finem. Ludouicus Lopez. 2. par. instr. uxorij, de matrim. c. 52. ad finem, vbi de impedimento furie. Petrus à Ledesma de matrim. q. 98. art. 3. d. b. 1. vbi merito culpam hanc lethalem esse ait. Id enim probat ratio adducta.

6 Hinc inferitur à fortiori, culpam Ierusalem admittere qui duos amantes matrimonio inter se minime coniunctos, ad copulam incitaret. Quia grauius esset prolis dânim, quàm si mentis compotes essent. Ita Sotus. 4. d. 34. q. vni. c. 2. art. 4. ad fin. versic. verùm autem duos. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. ar. 3. ad finem. Veracruz. 1. p. Specul. ar. 41. sine. Henriquez lib. 1. de mat. c. 15. n. 10. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 98. art. 3. d. b. 2. in solut. ad 3. Ludouicus Lopez nu. præcedenti allegatus, & 1. p. instr. uxorij, cap. 82. §. ad hanc furiosum. Vnde merito infert Ledesma ca. q. 60. art. 3. sine, teneri eos qui amentium iustodia demãdata est, niti ne congregiantur: sicut tenentur curare, vt abstineant ab alijs. malis inferendis. Non tamen is concubitus est contra naturam. Cùm ex eo possit generatio sequi. Tenetur autem qui eos ita copularet, faceri easdem circumstantias, quæ fatæde essent, ea copula habita inter personas metis compotes. Quia talis circumstãtia voluta est à copulãtibz illos amantes: at velle vt aliquis ad cõsanguineum accedat, est peccatum incestus. Et confirmatur, quia suadens cuiquam accessum ad coniugãtã, ignaro coniugij, reus est adulterij: quia reuera is concubitus ea effectus est circumstantia, non ignorata à suadente: quamuis accedens ab ea excusetur ratione ignorantie.

7 Secunda conclusio. Si alter coniux solus sit amens, ex natura rei est licitus concubitus. Quia est verum matrimonij, nec proli detrimentum sequitur, habet enim alterum parentem rationis compotem à quo educetur. Vnde si non sit periculum abortus, aut damni notabilis coniugis fa-

ni, nulla erit culpa. Ita Sotus. 4. d. 34. q. vni. ca. art. 4. ad finem corporis, versic. circa primam partem. Bartholomæus à Ledesma, & Petrus à Ledesma, Ludouicus Lopez relati num. 5. Henrij, lib. 1. de matrim. c. 15. n. 10. & num. 4. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 8. de impedimentis matrimonioj, in fin. Emmanuel Sa summa, verb. debitum coniugale, versic. coniugij amentij. Quòd si solum sit periculum vt ames feminet extra vas, credo adhuc hære copulam. Quia coniux sanus operam dat rei licitæ, & preter eius intentionem, ac per accidens euenit effusio illa: & si aliquando ita contingat ex amentis culpa, non semper ita eueniet, ac proinde non est interdicienda copula cõiugi sano. Quod amplius constat ex dictis disp. 17. n. 22. Atq; ita clare videntur sentire Sotus, & Ludouicus Lopez, dicunt enim, non esse honestum vt coeat coniux sanus cum furioso, preter tim vbi timor est, ne furiosus legitimè feminet. Quare aperte sentiunt tunc solum esse consilium abstinere.

8 Hinc deducitur, regulariter illicitum esse concubitus, vbi vxor amens est, & vir metis compos. Quia probabilissimum subest periculum, fore vt multos insanit furore correpta, fecerit in vtero necet. Cessante autem tali periculo: siue quia ita sterilis est, vt nulla subsit spes concipiendi: siue quia mitis admodum est, nec furiosus, licitus est congressus. Quoniam ex se licitus erat: vt dixi. n. præcedenti, ratione autem solius periculi reddebatur illicitus: quod in hoc euentu cessat. Sic Bartholomæus à Ledesma, & Petrus à Ledesma. n. 5. citati.

9 Secundo deducitur, si de cõtra vxor metis compos sit, vir autem impos, licitum esse congressum, atq; fas esse vxori furiosum incitare vt secum coeat. Quia tunc abortus periculum cessat. Ita Sotus, Ludouicus Lopez, Bartholomæus à Ledesma, ac Petrus à Ledesma. n. 7. allegati.

10 Tertia conclusio. Multò probabilius est contra sententiam. nu. 4. relatum, coniugè sanum nõ teneri per se, atq; ex natura rei, debitum reddere amentij, quamuis nullum abortus, aut damni coniugis periculum subsit. Et ratio est, quia illa debiti petitio non est actus humanus, atq; perinde est, ac si vir in somnis peteret, cui non teneri vxorem annuere, quis dubitet? Et confirmatur, quia sicut vir amens ob furorem, ius ad suam, bonorumq; administratiõem, ita ad vsum matrimonij, ita vt exigès obli-

get. Hoc esse probabilissimum docet Victoria summa, de matrim. nu. 287. & tenet Ricardus, & Supplementum Gabriel. n. 1. allegati. Alonsus, & Nicolaus de Orbellis, & Bartholomæus à Ledesma, vbi eos. n. 3. retulit. Sotus. 4. d. 34. q. vni. ca. art. 4. ad finem corporis, versic. ad aliud subinde. Enriquez lib. 1. de matrim. c. 4. n. 5. iuncto cõment. ro. litera B. & c. 15. n. 10. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. uxorij, c. 82. §. ad hanc furiosus, & 2. p. de matrim. c. 52. ad finem, vbi de impedimento furie, Emman. Sa sum. verb. debitum coniugale, versic. coniugij amentij. Vega. 1. p. summa. c. 78. casu. 12. Dixi autem, per se, & ex natura rei non teneri, Quia si periculum esset in coniuge furioso, negato sibi debito, accessus ad aliam, vel effusiois seminis, teneretur per accidens ratione cautendi hoc periculum, coniux sanus illi reddere. Sic Victoria, Sotus, Ludouicus Lopez. cod. c. 82. §. ad hanc furiosus, Enriquez. eo. c. 4. nu. 5. iuncto cõment. ro. litera B. Barth. à Ledesma. Vega. n. præcedenti allegati. Sed quauis hi duo res indistinctè loquantur de coniuge. Melius Ludou. Lopez. 2. p. instr. uxor. de matrimonio. c. 52. ad finem, vbi de impedimento furie, id asseruit de femina que rationis compos est. Nã si ea esset amens, quauis id incontinentiæ periculum adesset in illa, credo non teneri virum sanum ei reddere, nisi abortus periculum cessasset: iuxta dicta. nu. 8. præponatur enim abortus periculum.

11 Ex dictis inferitur, quid de coniuge e-

brico, ac subinde rationis vfu priuato dicendum sit. Non enim tenetur per se, & ex natura rei coniux sui compos ei debitum reddere. Quia non petit actu libero, & humano, sicut nec amens: atq; ita eadem est ratio. Ita Sotus, & Ludou. Lopez. eo. c. 62. vbi de impedimento furie. n. præcedenti allegati. Enriquez lib. 1. de matrim. c. 15. num. 10. Quauis Ledesma, & Veracruz. nu. 4. allegati dicant teneri: sed loquuntur consequenter ad suam sententiam: cum idem sentiant de amentij, vt eo. n. 4. diximus. At per accidens dicunt bene prædicti Doctores, teneri reddere, ratione periculi incontinentiæ: in ebrio, si forsitan adesset. Nec vter coniugum ebrius sit, distinguo, sicut distinxit nu. præcedenti in amentibus. Quia cum ebrietas citò transeat, nõ est illud periculum abortus. Quare licet vterq; coniux ebrius esset, liceret concubitus inter illos. Cuius contrariũ diximus n. 5. in amentibus, in quòdãdã sola femina est amens: id diximus nu. 8. Quia etiam in ebrijs cessat damnus prolis educandæ. Cùm enim breui ad se redeant, non destruitur proles parentibus, qui ipsam educant.

13 Ad argumenta, nu. 4. proposita constat ex dictis. n. 10. & 11. non enim ad obligationem debiti persoluendi satis est dominium corporum, sed vitra illud desideratur vt actu humano, & libero peccetur. Et quando esset incontinentiæ periculum, tenetur alter reddere per accidens, ratione illius.

DISPUTATIO VIGESIMA QUARTA.

Vtrum cum propria salutis detrimento, teneantur coniuges debitum sibi reddere. Vt si alteruter lepra, aliove morbo contagioso infectus sit?

SUMMARIVM.
Quæ questiones sunt disputanda. n. 1.
 Non tenetur coniux reddere cum notabilis salutis suæ detrimento. n. 2.
 Quid, si febris, aliove dolore laboret, aut vulneratus sit? nu. 3.
 Quid, de tempore proximo post prandium? numer. 4.
 Quid, in balneis, vel cum coniux proxime à balneo recessit? nu. 5.
 Quid, de frequenti coïta? nu. 6.
 Quid, si vir sit fur incorrigibilis, & sit timor

damni inferendi vxori? nu. 7.
 An sit mortale reddere cum notabili propria salutis detrimento? nu. 8.
 Non tenetur coniux reddere cum detrimento salutis parentis? nu. 9.
 Peccat mortaliter tunc reddendo? nu. 10.
 Quid, si ea copula ad bonum commune desideretur, vt ad regni tranquillitatem? nu. 11.
 Quid, si timeatur in altero coniuge periculum incontinentiæ? nu. 12.
 Quid, si infirmitas sit habitualis & remissive, nu. 13.

An coniux sanus teneatur leproso reddere, cū propria infectionis periculo proponitur textus ansam dubitandi præbens. n. 14.
 Refertur duplex sententia. n. 15. & 16.
 Non teneatur reddere cum eo periculo. Et quid, si seæ frequentis, non autem ex uno, vel altero coitu, id periculum imminet? n. 17.
 Idem est in morbo Gallico, & alijs contagiosis, n. 18.
 Maius imminet periculum viro accedenti ad leprosum, quàm de contra: & ita illud rariùs teneatur reddere, quàm hec. n. 19.
 Imminet infectionis periculum, si vxor leprosa commixta sit, & ita vir ratione huius periculi non teneatur ei reddere. n. 20.
 An horror accedendi, sit sufficiens causa excusans? n. 21.
 An vbi lepra præcessit matrimonium, alijsve morbus contagiosus, teneatur sanus ad reddendum, & cohabitandum cum periculo propria infectionis? n. 22.
 An possit sanus reddere, & cohabitare, cum eo periculo? Et an teneatur si ad sit incontinentia periculum? n. 23. vbi etiam, an sano petenti teneatur leprosus reddere?
 An possit, & teneatur coniux reddere, cessante proprio periculo: si solus leprosus nascitur periculum subsistat Refertur quædam sententia. n. 24.
 Sententia aut horis. n. 25.
 An coniux sanus teneatur habitare cum leproso? Refertur duo textus. n. 26.
 Preponitur duplex sententia, nu. 27. & 28. & sententia aut horis. n. 29.
 Teneatur coniux sanus esse prope domum leprosi, & ad alia obsequia. n. 30. vbi remissus, an possit habitare, & an teneatur vbi tempore huius matrimonij nonis leprosum, apud quem coniux filij esse debeant, vbi alter est leprosus? n. 31.
 Soluuntur argumenta, & conciliantur. c. 1. & 2. de coniug. leproso. numer. 32. & ibi, quando sanus cogendus sit in foro externo habitare, & reddere.

Questio est difficilis, atq; ideo vt clarè, ac distinctè in ea procedamus, quadruplex est disputanda questio. Prima, an cū detrimento propriae, alteriusve cōiugis salutis, reddendū sit. Secūda, an lepra, aliove contagioso morbo affecto coniugi, teneatur sanus cū detrimento infectionis reddere. Tertia, quid si id periculum cesset: ad sit tamen periculum prolis leprosa nascitur.

Quarta, an teneatur sanus cū leproso coniugo habitare?
 Questio prima, an cū propriae salutis detrimento teneatur cōiux debitu reddere? Prima conclusio. Neuter coniux teneatur alteri debitum reddere cum detrimento propriae salutis. Conclusio est. D. Thomæ 4. d. 32. quæst. vnica, art. 1. corpore: & ab omnibus admittitur. Præbatq; eam. Quia rectus, & naturalis vsus matrimonij sequitur rectum ordinē naturæ, in cuius officio institutus est: rectus autē naturæ ordo postulat proprii indiuidui incolumitatis prius consuli, quàm prolis generationi. Neque enim quod generationis instrumentū est, conficit natura ex alimenti superfluo ordinati ad indiuidui conseruationem. Prouidā enim natura prius per potentiā nutritiui subuenit indiuiduo, & deinde quod ex nutrimento superest, administrat generationi. Ergo vbi prolis generatio sequi non potest salua proprii indiuidui incolumitate, non petit rectus matrimonij vsus, illi vacari reddendo debitum. Et confirmatur. Quia tum naturæ ordo petit vt prius in leproso quispian periclitetur, quā alij suam perfectionem per generationē communiceat: tum etiam ordo charitatis quæ à seipso incipit, postulat prius propriae indemnitati consuli, caput. non satis. 86. d. e. nisi specialis, de vsu pallij. Secundo, quia cū tunc non vergeat extrema necessitas propagandæ, aut conseruandæ speciei, sola inuenitur in ea debiti redditio, ne obligatio iustitiæ particularis spectantis priuatum coniugis petentis commodum, quæ eum graui debitoris nocumento minimè ligat, ne ordinatæ charitatis legi aduersetur. Intelligenda tamen est conclusio, vbi esset probabile periculum damni notabilis, si enim esset modicum, illi præponderat lex iustitiæ ad debitū reddendum obligans. Ita docent Alexand. de Neuo. c. 2. n. 6. de cōiug. leproso. Ricard. 4. d. 32. art. 1. q. 1. in fine corporis, vbi Almain. q. vnic. Guillelmus Vorillon. q. vnicæ, ar. 2. post primam propositionem, casu. 2. Maioris. q. 1. argumenta. r. contra. 3. conclusionem. Supplementum Gabriel. q. vnic. art. 2. fin. Sorus. q. vnicæ. r. concl. 2. Gerfod. 2. p. in regulis moralibus, alpha beto. 25. litera. I. fin. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 1. q. 1. Ang. verb. debitu. n. 3. Caiet. sum. verb. matrim. cap. vltimo. §. primus est, vers. & satis rationabiliter. Armill. verb. debitu. n. 3. & verb. matrimo.

n. 69. Metina. c. de restitutione. q. 19. §. vltimo. Nauar. summa. c. 16. latine. n. 25. hispanè. n. 24. Ledesma. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. fol. 524. column. 4. §. sed in oppositum. Nider summa, præcepto. 6. c. 4. vers. quartus est. Pedraza summa, præcepto. 6. §. 18. Graffius p. 1. decisionum, lib. 2. c. 83. n. 3. Vega. 1. tomo summa. c. 78. casu. 2. Bartholomæus à Ledesma dubio. 71. de matrim. concl. 1. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione cap. 243. n. 1.
 Hinc deducitur coniugem febris laborantem, non teneri reddere. Quia graue est damnum. Sic colligitur ex Paludan. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. n. 7. vbi dicit coniugem infirmum non teneri reddere, & docent Sot. 4. d. 32. q. vnic. ar. 1. ad. 2. & ibi Celaia. q. 1. argumento. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 66. art. 1. fol. 524. col. 3. §. hesitabis tamen, vers. ad hoc responderi. Idem & bene docet Palu. si cōiux sit vulneratus. Idem docet Sorus, si coniux alio morbo, aut dolore ad tempus vexetur. At hoc sanè intelligendum est, vbi copula vehementer noceret dolori illi. Quis enim dicit solum dētis molaris dolorem, aliumve similem, aut capitis, absq; febris, excusare à debiti redditione? Quare scrupulosè satis loquutus est Cardin. cap. 2. fin. de coniug. leproso. vbi quærens, nunquid coniux ethicus timens mortem ex debiti redditione sibi imminere, teneatur reddere? Respondet non teneri: si timor sit verisimilis. Sed absolute dicendum est non teneri. Si enim sola febris excuset: necum ethica febris, quæ tā tum periculi secum affert.
 Secundo infertur post prandium nuper desumptum, sæpe excusari coniugē à reddēdo debito. Quia teste Vega de arte mendendi, lib. 2. c. 4. qui cibo nuper desumpto coierit, crudelitatem patitur, aut ciborū corruptionem, nisi validus admodum fuerit, & is in multoties id serauerit, manifestè lædetur. Et Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. nu. 8. refert se à medico quodam didicisse, virom quemdam in phthisim incidisse, Quia solitus erat post prandium cognoscere vxorem.
 Secundo infertur, in balneis, vel statim à balneis, non teneri coniugem reddere. Quia graue affert periculum eo tempore copula. Ita D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10.
 Tertio deducitur, non teneri coniugem alteri immoderatè, ac sepius quā per est, petenti, semper reddere. Quia notabiliter vires extenuat, salutemq; lædit frequentia

copula, de quo diximus disput. 2. nu. 12. Non tamen est audiendus Præpositus, qui iudicabit de Spon. sal. n. 13. ait immoderatum copulae vsu cum vxore, esse lethalem. Quia nec prolis generationi deseruit, nec incontinentiæ vitandæ necessarius est. At dicendum est ex hoc capite nunquam esse lethalem. Quoniam si vxor non nondum concepit, tendit ad sobolis generationem, ac proinde licitus est. Si vero concepit, aut refertur ad voluptatem captandam, aut ad fornicationem cauendam, atq; ita vel licitus est, vel ad summum venialis. Ita Abul. c. 5. Matt. q. 236. Veracruz. 3. p. Specular. 1. 6. Posset tamen esse mortalis, si vir aduer tens notabile suæ salutis detrimentum inde parari, ita frequenter coierit, iuxta a quæ. n. 8. dicemus.
 Demum infertur, si vir sit fur incorrigibilis, atque ita vxor periculo exposita sit quotidie damni sibi per ministros iustitiæ inferendi, posse eam viro deserto aufugere, quod damnum illud cauet. Ita asserunt quidam, vt refertur dicentes esse probabile, Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. n. 7. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. de qua re dicam lib. sequenti, disp. 18. n. 21.
 Secunda conclusio. Illicitum est viro reddere cum notabili suæ salutis detrimento: & similiter vxori. Quia vitæ dominij minimè habent, atq; ita curam moderatè illius vitæ habere obligantur, nec illa graui discrimini exponendi, vbi vrgentior causa non cogit. Ita Sot. 4. d. 32. q. vnic. ar. 1. concl. 2. vbi Celaia. q. 1. argumento. 2. dicens esse graue peccatum. Ledesma. dicens forè esse culpam lethalem. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. fol. 524. column. 4. §. sed in oppositum. Petrus de Soto lib. 16. de matrim. §. sunt etiam præter hæc, vbi docet ex genere suo esse hoc mortale. Atq; clarè sentiunt Cate. summa, verb. matrimonium. c. vltimo de peccatis in vsu matrimonij, vers. 4. caput, & ibi Arm. n. 68. vbi dicunt esse mortalem, vsu coniugij cum notabili damno proprio: & licet non explicet de redditione, at indistinctè loquuntur de actu coniugali. Quare existimo culpā hæc esse mortalem, nisi vel inaduertentia damni tanti, vel iusta alia causa excuset, vt incontinentiæ periculum, aut similis: iuxta dicenda. n. 11. & duplici sequenti. Sicut culpæ lethalis reus esset, vtens cibis ratione excessus, aut eorum qualitatibus, notabiliter sibi nocentibus, ni damni inaduertentia excusaret.

9 Hinc inferitur, ubi alteri coniugi constaret debiti redditionem esse in graue salutis exigentis dispendium, minimè tene-ri reddere. Sicut nemo tenetur gladiu domini petenti tradere, si illo se perimere velit. Ita Sotus. 4. d. 3. q. vnic. art. 3. paulo post principium, vers. inter soluendū. Metina. c. de restit. q. 19. §. vltimo. Alexander in suo Enchiridion. 2. par. præcepto. 6. vbi de debito coniugali. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 6. de obligatione soluendi debitum, difficultate. 1. Et constat ex di-ctis disput. 22. n. 11. vbi multis citatis dixi- mus culpam esse accessum ad vxorem mor- bo ex partu laborantem, cum periculo ag- grauacionis morbi.

10 Imò peccaret mortaliter tunc reddendo, nisi iusta aliqua causa, aut in aduer- tentia excusaret. Sicut si redderet in salutis propriae notabile damnum: iuxta dicta. n. 8. Quia eadem prolixus est ratio. Atque ita sentiunt. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. & Sylu. verb. debitum. q. 5. vbi dicunt mor- tale esse petere, aut reddere post partum, quando inde vxoris morbus notabiliter aggravaretur. Idem Armilla verb. matrimo- nium. n. 68. vbi ait esse mortalem vxum coniugij cum notabili dāno corporis sui, vel alterius.

11 Sunt tamen prædicta omnia temperan- da. Primò, nisi bonum commune totius vniuersi, siue regni, siue communitatis, ad sui conseruationem ea copula coniugum indigeat, tunc enim postposito privato nota bilis damni, aut vitæ iacturæ discrimi- ne, tenerentur coniuges ad eam. Exempla- rit de bono vniuersi, si casus methaphysi- cus accideret quod species humana de- sceret, nisi hi coniuges matrimonio vteren- tur. De bono autem regni, casus est, si ad pacem, regniq; tranquillitatem desiderare- tur proles habēda esse, cuius salutē no- tabiliter copula obesset. Quia bonum vni- uersale priuato præponderat, sic Petrus à Ledesma de matri. q. 64. ar. 1. dubio. 2. ob- clu. 4. & neminem inueni contradicentē.

12 Secundo temperant aliqui, nisi sub sit graue periculum incontinentiæ in coniu- ge exigente, tunc enim tenetur alter red- dere cum notabili suæ salutis corporalis detrimento. Quia ordo charitatis petit vt hæc salutis spiritualis postponatur. Præte- rea, quia prælarus tanquam obligatus ex officio, & lege iustitiæ ad consulendū sa- lutis spirituali ouium, tenetur ad id in gra- uitarum necessitate, cū propriæ vitæ dif-

crimine. At coniux tenetur ex iustitia pro- uidere coniugis incontinentiæ per actum coniugalem: cū matrimonium in concu- piscentia remedium sit institutum, obli- gentq; se coniuges per illud, iuxta suam institutionem. Atq; ita docent Supplem- tum Gabrielis. 4. d. 32. q. vnic. ar. 2. sine. Pe- trus à Ledesma de matrim. q. 64. ar. 1. du- bio. 2. concl. 3. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 243. n. 2. initio. Vega. 1. tomo summe. c. 78. casu. 3. Cæterum quamuis existimem licere tunc, at coniugem tene-ri non approbo. Quia prælarus ad consu- lendum ouibus tenetur omnino ex offi- cio, nec aliud sibi incumbit ex munere si- bi iniuncto. At coniux non se obligauit præcisè ad debitum reddendum, sed salua incolumitate personæ, seruatoq; ordine naturæ, in cuius officium est principaliter matrimonium institutum: qui est vt prius incolumitati propriæ consulatur. Vt nu. 2. probauimus. Atq; charitatis ordo postu- lar de necessitate præferri bonum spiri- tuale vitæ, vbi est extrema necessitas in pa- tientie spirituale periculum: vel si est gra- uis: is qui subuenire debet, est prælarus. Qualis non est coniux, nec ea est extrema necessitas. Potest enim alijs medijs peri- culo illi incontinentiæ subueniri. Atque ita non teneri docet Maioris. 4. d. 32. q. 1. argumento. 1. contra. 3. conclusionem, & colligo ex Petrus de Soto lect. 16. de ma- trim. sine, vbi ait coniugem sanum nõ te- netri reddere leproso cū periculo propriæ infectionis, at posse, vt illius infirmitati an- nuat, & licere asserit Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 9.

13 Tertio tempera, nisi morbus sit habi- tualis, vt lepra de quo. n. 23. dicemus.

14 Quæstio secunda. Num sanus coniux cum propriæ infectionis periculo teneatur debitum reddere leproso, aliove mor- bo contagioso laboranti? Quamuis in ge- nere conueniant omnes coniugem liberū esse à debiti redditione, vbi graue damnum probabiliter sibi timet: vt nu. 2. diximus. At in casu lepræ dissentit propter. c. 2. de coniug. leprof. decidens leproso coniu- gi reddendum esse, ibi. *Quod si virum, si- ue vxorem, leprosum fieri contigerit, & infir- mus à sano carnale debitum exigat, generalis præcepto apostoli quod exigitur est soluendū: cui præcepto nulla in hoc casu exceptio inueni- tur.* Quare triplex est sententia.

15 Prima sententia absolute docet teneri sanum ad reddendum coniugi leproso de-

bitum.

bitum. Quia textus. d. c. 2. id absolute de- cidit, nec infectionis periculum imminet ex coniugatione momentanea ad copula, qualis ex cohabitatione assidua possit ori- ri. Ita ex Theologis, docent. D. Th. 4. d. 32. q. vnic. ar. 1. ad. 4. vbi D. Bona. art. 2. q. 1. n. 19. Ricardus art. 4. q. 2. Carthusianus. q. 1. Nicolaus de Orbellis. q. vnic. §. 9. Vigne- rius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. Mayronis 4. d. 35. q. vnic. Alexander in suo Enchiri- dion. 2. par. in. 6. præcepto, vbi de debito coniugali. §. si pertinaciter. Nider summa, præcepto. 6. cap. 4. vers. ex supradictis. Et ex Iuris peritis, Goffredus summa, tit. de coniug. leproso. numer. 1. & 2. Hostiensis cap. 1. num. 5. de coniug. leprof. Aften- sis summa. 2. par. lib. 8. tit. 10. art. 3. q. 1. Ioan- nes de Friburgo summa confessorum, lib. 2. tit. 2. q. 67. Monaldus summa, tractatu de matrimonio, tit. de coniugio leproso- rum, fin. lex. 7. tit. 1. p. 4.

16 Secunda sententia docet teneri redde- re sanum leproso, etiam si periculum infe- ctionis adit. Quia ad hoc se obligauit per contractum matrimonij. Ita Sotus. 4. d. 32. quæst. vnica, in sine corporis, vbi Bassolis quæst. vnica, ar. 3. Guillelmus Vorrillong, q. vnica, ar. 2. post. 1. concl. casu. 5. in solu- tione ad 1.

17 Tertia sententia (cui omnino adhereo) docet minimè teneri, vbi iudicio medico- rum, notabilis infectionis periculum im- mineret sano ex debiti redditione. Nec obuiat textus. c. 2. de coniug. leprof. intel- ligitur enim, vbi ea redditio non eedit in reddendis notabile damnum. Atq; ita in- telliguntur. D. Thom. & reliqui Doctores citati. n. 15. pro prima sententia, vt constar ex ratione, qua eam probant: nempe, quia ex tam breui coniugatione non imminet infectionis periculum. Quare manifestè sentiunt eo imminenti cessare reddendi obligationem. Nec obest etiam ratio se- cundæ sententiæ allata, num. præcedenti. Quia nullus se obligat per matrimonij cō- tractum, ad reddendum, nisi salua in di- uidi incolumitate. vt. n. 2. probauimus. Ar- que rationes ibi adductæ aperte probant hanc sententiam. Illamq; tuetur ex Theo- logis, Durandus. 4. d. 32. q. 1. n. 8. vbi Maio- ris. q. 1. argumento. 1. contra. 3. concl. Pa- lud. q. 1. ar. 2. n. 7. Almain. q. vnic. Sot. q. v- nic. ar. 1. ad 2. Quandus. q. vnic. post. 2. pro- positionem. Celaia. q. 1. argumento. 1. Pa- lacios disput. 1. fol. 704. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. ad finem, in. 4. casu Caietan.

18 summa, verb. matrimonium. c. vltimo de peccatis in vsu matrimonij, vers. primus est. Victoria sum. de matrimonio. nu. 275. Metina. c. de restitutionis. q. 19. §. vltimo. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. sunt etiam præter hæc. Ledesma. 2. p. 4. q. 66. art. 1. fol. 524. column. 3. Angles floribus. 1. p. de matrimo. q. 6. de obligatione soluē- di debitum, art. 1. diffi. 1. Pedraza summa, præcepto. 6. §. 18. Enriquez lib. 11. de ma- trim. c. 15. num. 7. Manuel. 1. tomo summe 2. editione. c. 243. nu. 2. Bartholomæus à Ledesma dubio. 71. de matrimonio, concl. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. ar. 1. dubio. 2. conclus. 1. Lu Louicus Lopez 1. p. in struct. cap. 8. §. sed an viro leproso: & 2. part. de matrimo. capit. 56. statim in principio. Graffus. 1. par. decision. lib. 2. c. 33. na. 6. Cañedo sum. sacramentorum. de matrim. c. 8. nu. 72. Emmanuel Sa summa verb. debitū coniug. vers. excusat à reddē- do. Vega. 1. tomo. sum. c. 78. casu. 3. & ex Iuris peritis, Rosella verb. leprosus. n. 2. vbi Ang. n. 2. Syl. verb. debitum. q. 1. vers. secunda est, & verb. lepra. q. 3. Tabie. verb. matrimonium. 3. q. 6. §. 7. hñ. Arnill. verb. debitum. n. 3. & verb. lepra. n. 3. & verb. ma- trim. n. 69. Tarrecrem. c. sciatis. 33. q. 4. ar. 1. n. 2. casu. 3. Nauar. summa. c. 16. hispanè n. 24. latinè num. 25. Gregor. Lopez. 1. 7. verb. su deudo tit. 2. p. 4. Gæt. repet. in. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 175. Obseruan- dum tamen est, si ex frequenti coitu timeat- ur infectio, non autem ex vno, vel alte- ro, teneri coniugem, femel, vel iterū red- dere non autem frequenter. Quia tota ra- tio cessationis præcepti reddendi, est ti- mor infectionis, ac proinde in tantū cessa- bit, in quantum fuerit talis timor. Ita Pala- cios. 4. d. 32. disp. 1. fol. 705.

Idem prolixus est dicendum, si alter cō- iux morbo Gallico laboreat, non enim te- netur coniux sanus cū periculo notabilis infectionis ei debitum soluere. Quia eadē est ratio ac de lepra. Ita Victoria de matri- monio. 275. Sotus. 4. d. 32. q. vnic. ar. 1. ad 2. vers. imò verò, vbi Celaia quæst. 1. argu- mento. 2. Palacios disp. 1. fol. 701. vers. led- adhuc torquet. Enriquez lib. 11. de matr. cap. 15. num. 7. Petrus de Ledesma de ma- trim. q. 64. ar. 1. dub. 2. Imò idem de quo- cunq; morbo contagioso dicendum est, ob eandem rationem. Metina. C. de restit. q. 19. §. vltimo. Ledesma. 2. par. 4. quæst. 66. art. 1. fol. 524. column. 3. Bartholomæus à Ledesma dubio. 72. de matrim. conclus. 1.

Armil-

Armilla, verb. debitum. n. 3. & verb. matrimonium. n. 96.

19 Id tamē nūmerum, certius infectionis periculum imminere viro accedēdi ad mulierem lepra, aliove cōtagioso morbo infectam, quā mulieri sanæ accedenti ad virum infectum. Quia virile membrū calidius, ac porosius nimium complexionis est: quod vel facilis eius erectio testatur: quare faciliē ex leprose feminae matrice lepram attrahit, eaq; insecuit. Matrix verō feminea est sicca, ac frigida: idēd que aut minimo negotio leprosum expellit humorem, aut retentum consumit, non enim alia mēbra penetrat, obstant prædicta frigiditate, ac siccitate, nisi frequens sit coitus, ita ex medicorū testimonio asserunt, Durandus. 4. d. 32. q. 1. n. 8. vbi Palud. q. 1. ar. 2. n. 6. Maioris. q. 1. argumento. 1. contra. 3. concl. Sotus. q. vnic. ar. i. ad. 2. versic. imō verō. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. ad fin. Tabiena matrimonium. 3. q. 6. §. 7. fin. Ledesma. p. 4. q. 66. ar. 1. fol. 524. col. 3. Palacios. 4. d. 32. q. 1. fol. 704. Bartholom. à Ledesma. dub. 71. de matri. concl. 1. Quare meritō inferunt Durand. Palud. Sotus, Maioris, Barthol. à Ledesma ibi, facilius excusandum esse virum à reddendo debito vxori leprose, quā e contra, vbi vxor est sana, vir autem leprosus. Nec in eonueniens reputatur, dari imparitatem in hoc euentu: cum constet pares esse coniuges quoad debitum coniugale. Quoniā ea disparitas non ex matrimonij contractu, sed ex causa extrinseca, nimirum, ex periculi inæqualitate proficiscitur. Sicut coniux innocens non tenetur adultero reddere, adulter verō tenetur innocenti, oriturque disparitas hæc ex causa matrimonio extrinseca, nempe, ex adulterio.

20 Similiter magnum infectionis periculum imminet viro, si ad vxorem à leproso cognitam accedat. Vt testantur Durandus, Maioris, Sotus num. præcedenti allegati. Quare seclusa ratione adulterij, & quantum ob illud nefas sit viro debitum negare in aliquibus euentibus, vt si ipse adulter quoq; sit. At sæpe fas erit ratione periculi infectionis.

21 Grauius autem dubium est, an vbi infectionis periculum cessat, excusatus à debito reddendo horror naturaliter confurgens ex accessu ad coniugē lepra, aut alio morbo horrorem inferenti, vt Gallico, infectū? Et quidem vbi vxor eo morbo laboraret, tantusq; horror esset in viro, vt vir-

gam erigere, aptamq; copulā reddere minime posset, manifestum est virum excusari. Quia impossibilitatem nulla est obligatio, regula, impossibilitatis. ff. de regulis iuris, & regula, nemo potest, de regulis iuris, in 6. Quare si vir non reddens excusatur ab Ecclesia: sicut coram Deo est immunis culpæ, ita & excommunicationis erit. Sic Hostiens. c. 2. fin. de coniug. leproso. vbi Ioan. Andr. n. 4. Anton. n. 12. Abbas. n. 5. Alexan. de Neuo. n. 5. Henricus. n. 8. Prepositus. n. 3. Anchar. c. 1. fin. eodem, tit. Rosell. verb. leprosum. n. 2. Syl. verb. lepra. q. 3. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 180. vbi supponere videntur, non existente tanto horrore quin virga erigi possit, accessusq; sit possibilis, vel si vir leprosus sit, cum femina absque vilo motu reddat, horrorem non esse sufficientem excommunicationis causam. Quod in terminis proprijs docet Henricus eod. c. 2. n. 3. docereq; videntur apertè Sotus. 4. d. 32. q. vnic. artic. 1. ad. 2. versic. imō verō, & Ledesma. 2. p. 4. q. 66. artic. 1. fol. 524. col. 3. §. hæsitabis tamen, vers. ad hoc respondet, vbi dicunt. cap. 2. de coniugio leproso, decidens leproso esse debitum reddendū, id velle, vt coniux sanus cessante infectionis periculo, ob horrorem non excusetur.

Atq; solidum excipit Sotus, quem sequitur Ludonicus Lopez. 1. p. instr. c. 83. §. sed an viro, & 2. par. de matrim. c. 56. statim in principio, quādo ingentissimus esset horror, vt si lepra esset Leonina, ita vt membra computrescerent, & deciderentur. Ego verō non ita rigidè cum coniugibus agēdum existimo, sunt enim pleriq; ita ad nauseam propensi, vt ad instar mortis ab accessu ad coniugem leprosum abhorrent: cogereq; illos ad copulam, esset difficile cillimum, ne moraliter impossibile dixerim, nec id ex eorum culpa, sed ex natura indita complexionis proficiscitur. Quare licet cēsam horrorem solū, communiter, ac regulariter non excusare: contrarium tamē de huiusmodi horrore iudico. Quod significare videtur Cardinal. c. 1. num. 3. de coniug. leproso. vbi ait, non compelli eō iugem ad debitum reddendum, quando ob lepram nimis horror insurgit.

22 Quidā verō casus excipiendus est, in quo quantum probabile sit infectionis periculum, tenetur sanus leproso debitū reddere: si aut est, quando lepra matrimonij præcessit, nec ab altero coniuge ignoratū fuit. Quia sciens & prudens ad id per-

23 matrimonij contractū se altraxit. Atq; in cæteris etiā cōtractibus idē contingit, vitiū enim rei si detegatur, non minus obligat, quā si vitio careret. Ita sentiūt Pala. 4. d. 32. disp. 1. fol. 701. vers. cæterū hæc ex actio. Barthol. à Ledesma. dub. 71. de matri. post. 1. concl. §. sed solet oriri. Manuel. 1. tomo sum. 2. editio. c. 243. nu. 2. fin. Petrus à Ledesma de matri. q. 64. art. 1. dub. 2. conclus. 2. Vega. 1. tom. sum. c. 78. casu. 3. Atque quamuis hi Doctores non explicent num tenentur etiam coniux sanus leproso cohabitare in hoc euentu: at idem dicendū est, vt ex eorum fundamento colligitur. Quia per matrimonij contractum, ad reddendum debitum, & ad mutuā habitationem se obligat cōiuges, vnde Angles florib. 1. p. de matrim. q. 6. de soluendo debito, ar. 1. diff. 1. dicens sanum non teneri reddere leproso, & si lepra matrimonium præcesserit, vbi in infectionis est periculum: vel intelligendus est, vbi lepra ignorabatur: vel si intelligatur de lepra cognita, nō est audiendus.

24 Quamuis autem sanus coniux non teneatur leproso debitum reddere, cum periculo notabilis infectionis: at si non curans de propria infectione ex contagione lepræ, aut morbi Gallici, vtatur matrimonio, cohabitaretq; cū illo, opus meritorium exercet, si ex amore matrimonij id efficiat. Quia in morbis diuturnis, & quasi habitualibus, nec ad mortē tendētibus, præpōderat cōiugalis amor, & vitatio periculi incontinentiæ: in vtroq; aut saltem in altero coniuge, serē semper cōtingens, illi infectionis periculum. Ita Caietan. 2. 2. q. 154. art. 1. circa solutionem ad. 4. §. ad. 3. dicitur. Graffis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 83. n. 6. Idemq; videtur sentire Petrus de Soto lect. 1. 6. de matrim. fin. vbi ait leproso non teneri sanum reddere cum dicto periculo, at posse vt eius infirmitati annuat. Hinc rectè dixit Palacios. 4. dist. 32. disp. 1. ad finem, in solutione ad. 7. teneri leprosum reddere sano coniugi cedenti iure suo, peccentique cum dicto periculo. Potest enim illo iure cedere, & cum eo periculo vti matrimonio. Nec hoc contradicit ijs, quæ diximus numer. 8. 9. & 10. vbi diximus peccentem cum notabili propriæ salutis dispendio, peccare mortaliter, & similiter ei reddentem. Illud enim in morbis communibus non ita diuturnis, ad mortemq; tendentibus accipiendū est. Potest enim mutuuus amor, vitæque coniugalis conseruari,

atque periculum illud cauere, dilata copula breui tempore, donec salus pristina coniugi restitatur: vel si tempus opportunum copulæ, nec nocens expectetur. Quare scitè Caietan. proximè citatus dixit, non semper esse culpam, dum coniux postposito propriæ salutis dispendio petiit debitum, & cohabitavit. Vtrum autem sanus teneatur reddere leproso, ob vitandū incontinentiæ periculum? Diximus, num. 12.

25 Quæstio tertia. Vtrum possit, & teneatur coniux sanus leproso reddere, cessante propriæ infectionis periculo, si ad sit probabile periculum, fore vt soboles nascatur leprosa? Quidā affirmant cum nō teneri reddere. Quia magis licet cuiquam proprijs, quā alienis detrimētis cedere: constat autem ex dictis, num. 17. non teneri reddere cum proprio detrimento. Ita Metina. C. de restitutione. quæst. 19. §. vltimo. Palacios. 4. dist. 32. disp. 1. ad fin. fol. 712. casu. 7. imō fol. 713. in solutione ad §. ait, quamuis lepra sit perpetua, peccatū esse exigere cū prædicto sobolis, periculo ne excuset timor incontinentiæ. Quia lex iustitiæ, charitatisq; prohibet damnū alijs inferri, & maxime filijs.

26 At dicendum est teneri in eo euentu reddere. Quia proli tantū abest vt irrogetur iniuria, quin potius maximo afficiatur beneficio, consequitur enim vitam ex eo concebitur, ac melius illi est leprosam existere, quā omnino non esse. Et hinc soluantur rationes contrariæ. Quia coniugi sano simpliciter nocet reddere debitum cū notabili salutis detrimento. Cū enim habeat iā esse naturale, nō potest nō malè se habere, si contagione illa inficiatur. At proli nō simpliciter nocet, sed melius est. Quare hanc partē tueritur. D. Th. 4. d. 32. q. vnic. ar. 1. ad. 4. vbi. D. Bona. ar. 2. q. 1. nu. 2. in solut. ad. 2. Sotus. q. vnic. ad fin. cor poris, vers. respondeo quōd. Ricar. ar. 4. d. 2. Duran. q. 1. nu. 10. in solut. ad. 1. Palud. q. 1. ar. 2. num. 6. Sotus. q. vnic. ar. 1. ad. 2. vers. imō verō. Guillermus Vorrillong. q. vnic. ar. 2. post. 1. concl. casu. 5. in solut. ad 1. Celaia. q. 1. argumento. 2. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 3. q. 1. D. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 10. ad finem, in. 4. casu. Rosella verb. leprosus. nu. 2. Syl. verb. debitum. q. 1. vers. secunda ed. Vigue. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. & id licere, quāuis obligationē subiteat, docent etiā Ledesma. 2. par. 4. q. 66. ar. 1. fol. 525. col. 1. Petrus à

Ledesma de matrimo. q. 64. art. 1. dubio. 3. concl. 1. Bartholomaeus à Ledesma dub. 71. de matrimo. §. sed foles oriri.

26

Quaestio quarta. Vtrū coniux sanus teneatur cum leproso habitare? Ratio dubitanti offeruntur textus. c. 1. de coniug. leprof. & c. 2. e. tit. nam. c. 1. sic dicitur: *Mādamus quatenus vt vxores, viros, & viri vxores, qui lepra morbum incurunt, sequantur, & eis coniugali affectione ministrent, solitis exhortationibus inducere non postponas. Si verd ad hoc induci non poterint, eis arctius iniungas vt vterq; altero viuente continentiam seruet, & c. 2. eodem tit. sic dicitur. Quoniam nemini licet excepta causa fornicationis vxorem dimittere, constat quod siue mulier lepra percussa fuerit, seu alia graui infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, aut etiam dimittenda. Vbi in priori capite denotatur id esse consilium: in posteriori autē id esse præceptū, vt sanus cū leproso coniuge habitet. Nā ea verba, *Non est à viro separanda, aut etiam dimittenda*, constat non accipiēda esse, de dimissione quoad debitū coniugale illi persoluendū. Quia essent penitus superflua, & inutilis repetitio: cū statim in eo capite sermo fiat de debito reddēdo, decidaturq; soluendū esse cōiugi leproso. At in Pōtificis decretis nil esse superfluum, nec vnā syllabam, probauimus lib. 3. disp. 26. n. 6. Insuper in priori illo. c. in vltimis illius verbis denotatur etiā esse præceptū: nā post verba proximē allegata, sic dicitur. *Quod si mandatum tuū seruare contempserint, vinculo excommunicationis asstringas.* Id enim mandatū nō potest referri, nisi vel ad continentiam seruandā, de qua proximē egerat textus: vel ad cohabitationem, de qua paulō ante. Ad continentiam autē seruandā constat referri nō posse, vt bene aduertit Glos. fin. eo. c. 1. Quia cōtinentia cōsuli potest, præcipi autē, minimē e. integritas. 32. q. 1. referuntur ergo verba illa mandati ad cohabitationē. Idemq; videntur probare ea verba eiusdem. c. 1. *coniugali affectione ministrent.* Id enim præstari nequit ablata cohabitatione. Idēq; videtur probari ex. c. si vxorē. 32. q. 5. quod est ex D. August. de sermone Dñi in mōte, lib. 1. c. 3. 3. ibi. *Si vxorē quis habeat sterilē, vel si quid aliud, siue morbis, laboribus, & doloribus confectam, & quicquid excepta fornicationis causa vehementer horribile excogitari potest, pro societate, sūdeq; sustineat.* Haec ergo, sunt quae accipiēte reddunt quaestionem hanc.*

Triplex est sententia. Prima docet absolute non teneri cohabitare. Quia ex assidua cohabitatione graue infectionis periculum sano coniugi imminet. Hanc tenentur ex Theologis. D. Thom. D. Bona. Carthusianus, Ricardus, Nicolaus de Orbel. vbi eos. n. 15. retuli. Scot. n. 16. allegat. Maioris, Almain, Celsia, Sotus, Petrus de Soto, Ledesma, Enriquez, Barthol. à Ledesma, Petrus à Ledesma. nu. 17. allegati. Vigetius, Nider relati. nu. 15. & ex Iurisperitis, Glos. c. si vxorem. 32. q. 5. in fin. Vincen. c. 1. de cōiug. leprof. vbi Inno. n. vnic. super verb. sequatur, & ibi Hostien. n. 4. sine, super verb. ministrent. Abb. c. 2. n. 5. de coniug. leprof. vbi Henric. fin. Asten. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 3. q. 1. Rosella. verb. leprofus. n. 1. vbi Angel. 2. Syl. verb. lepra q. 3. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 67. Tabien. matrimo. 3. q. 6. §. 7. fin. Pauci autem ex his doctoribus explicant, num intelligant de cohabitatione in eadem domo, an in eodē lecto. Id tamen explicant Host. Henricus, Asten. fin. Innocen. Rosel. Angel. Syl. Vincentius, dicentes nec teneri in eodē lecto, nec in eadē domo commorari, quod etiā clarē significat. d. Glos. fin. ait enim vxorē saliter teneri ad sequendum virum leprosum, vt quandoq; veniat ad ipsum, & quā citō soluerit debitū, recedat. Idē aperte significat Sotus, & Barthol. à Ledesma, dicunt enim non teneri cohabitare, nec in eodē lecto dormire. Alij verd sentiūt nō teneri in eodem lecto, bene tamen in eadē domo habitare. Sic videtur tenere gl. c. 1. verb. ministrent, de cong. leprof. & ibi Anton. sine, quæretes enim, nūquid cōiux sanus teneatur habitare in eodē lecto, & in eadē domo, respondent nō debere ad lectū continuo compelli, sed sufficere leproso, si suo debito nō fraudetur. Quare cū virūq; rogauerint, & solā in eodē lecto habitationē negent, videntur sentire teneri in eadem domo habitare. Atq; ita glossam intelligit Alexander de Neuo eo. c. 1. n. 11.

Secunda sententia distinguit dicens, si coniux leprosus cohabitaret cū alijs leprosis, non teneri coniugem sanū ad cohabitationem, secus si seorsum habitet in domo propria. Ita Goffredus summa. tit. de coniug. leprof. nu. 1. & 2. lex. 7. tit. 2. p. 4. Mo. naldus summa, tra. de matrim. tit. de cōiugio leprof. in fine.

Tertia sententia cæteris probabilior, ait attendendū esse num ex cohabitatione

27

28

29

ne

ne imminet probabile notabilis infectionis periculum, nec ne, & illo imminente nō teneri sanū cohabitare, secus verō teneri, sicut. n. 17. distinctimus de debiti redditione: nec huic sententiæ aduertatur prima relata. nu. 27. quia inuitur periculo habitationis. Et ratio est, quia per contra & matrimonij obligatio fe cōiuges ad debitum reddendū, & cohabitandū, à qua obligatione extimit periculū gratis contagionis ex morbo alterius cōiugis: ergo vbi id periculū non subest, obligatio non cessat. Ita sentiunt Duran. 4. d. 32. q. 1. n. 8. vbi Palud. q. 1. ar. 3. n. 7. Alexander de Neuo. c. 1. nu. 11. de coniug. leprof. & ibi Prepos. n. 4. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. ad fin. Armilla. verb. lepra. n. 3. Naua. summa. c. 16. hisp. nu. 24. latinē. n. 25. Emmanuel Sa summa, verb. debitum coniugale, vers. excusat à reddendo, & clarē significat Syl. verb. debitum. q. 1. vers. secunda est, vbi dicens sanum non teneri reddere, vbi est periculū, subiungit, nec in eo casu teneri cohabitare. Quare eam ex cohabitatione in eodem lecto semper sequatur id periculum, nunquam ad id tenetur. Circa habitationē autem in eodem domo, consulendi sunt medici, qui attenda complexionē, & lepra specie, alijsq; circumstantijs, iudicabunt de infectionis periculo, vt inde obligatio, aut deobligatio cohabitationis petatur: iuxta dicta.

30

Duo tamen obseruanda sunt. Primū est, vbi sanus non tenetur cum leproso in eadem domo habitare, tenetur prope illam esse. Sic Hostiensis, Henricus, Asten. fin. 27. allegati, & ratio est, quia ratione lepra quamuis sanus coniux absoluat à cohabitatione ratione periculi contagionis, at non absoluitur ab alijs obsequijs coniugi

leproso exhibendis: vt bene docent Syl. verb. lepra. quæst. 3. vbi Armilla, num. 3. & constat ex cap. 1. de coniug. leprof. ibi. *Et eis coniugali affectione ministrent.* Ergo oportet vt sanus proleprosi domum habitet, ne huic obligationi deficiat. Vtrū autem teneatur cohabitare, quando tempore contractus matrimonij cognita erat lepra? Dixi num. 22. & an possit habitare non obstanti infectionis periculo. Dixi, num. 23.

Alterum est. Quando cōiuges seorsum habitant propter morbum alterius contagiosum, proles apud sanū debet esse, quā contagione incolumis euadat. Ita dispositur. l. regia. 7. tit. 2. p. 4. vbi Gregor. Lopez verb. porque, dicit id esse omnium. Idem docent Goffredus sum. tit. de coniug. leprof. fin. Asten. fin. summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 3. q. 1. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 68. Syluest. verb. lepra. q. 3. vbi Armill. n. 3.

31

Ad textus adductos. nu. 26. respondent D. Bonau. 4. d. 32. ar. 2. q. 1. & ibi Ricar. ar. 4. q. 2. loqui de consilio tantū. At contrarium probauit eo. nu. 26. & idē melius est dicere, esse præceptū cohabitandi, sicut & reddēdi, intelligi tamen vbi in neutro est infectionis periculū. Et repugnantiā quæ est inter illos textus, sic conciliat Gl. d. c. 1. verb. ministret, & ibi Anton. n. 9. Asten. fin. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 3. q. 1. vt dū alter textus significat coniugē exhortandū esse, intelligatur, vt præcedat exhortatio: & dum alter dicit cogendum, accipiatur, vbi præmissa monitio nō prodest. Vel secundo, vt leproso tacēte, monēdus sit: eo verō reclamante cogendus. Ita gl. c. si vxorem, initio. 32. q. 5. Abb. d. cap. 1. fin. & ibi Alexander de Neuo. nu. 11. Præpos. nu. 4.

32

DISPVTV. VIGESIMA QVINTA.

Vtrū excusetur cōiux à debito reddēdo propter dānū rei familiaris, vt si plures habeat filios quā alere possit: aut propter vitādū notabile detrimētū, aut cōparandū magnū lucrū? aut ob vitādū infamiā? vel ne concipiatur proles ex maculato sanguine: vel quia dubius est matrimonij valor: vel alter est certus de eius nullitate: aut lis pēdet?

SVMMARIVM.

Quando sit licitum ex communi consensu abstinere, ne proles multiplicetur: n. 1.

Abiq; communi consensu non excusat regulariter à debiti redditione nolle multiplicare prolem. n. 2.

Gggg 2

Quid,

Quid, si plures sint filij, quam ali possint, vi-
uis, aut mortuis parentibus? nu. 3.
An sit mortale negare debitum, ne filius ex ma-
culato sanguine concipiatur? nu. 4.

Num liceat negare, ad vitandum magnum de-
trimentum in bonis fortunæ, vel ad conse-
quendum magnum commodum, vel vitan-
dam infamiam? nu. 5.

Quid, si dubius sit valor matrimonij, vel nulli-
tas alteri certa, vel pender sit remissio,
numero. 6.

Primò dico, nullam esse culpam, ex
communi consensu abstinere con-
iuges à copula, ne prole multipli-
cent, quam alendo non sunt. Quia
nulli irogatur iniuria, si vterq; coniux eò
muni placito abstineat, & neuter tenetur
ad copulam altero non petere. Nec ea vo-
luntas non habendi plures filios, quã ale-
re possunt, vitiosa est, vt diximus hoc lib.
10. disp. 8. nu. 10. Ita docent Palud. 4. d. 3. i.
quæst. 3. ar. 2. num. 15. vbi Supplementum
Gabrielis. q. vnica, artic. 2. post. 8. conclus.
corollario. 4. Sotus. 4. d. 32. q. vnica, art. 1.
in fine corporis, vers. quid autem. D. An-
ton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 6. Rosella verb. debi-
tum. n. 11. Nau. sum. c. 16. n. 33. Palacios. 4.
d. 3. i. disp. 2. ad fin. Philarcus de officio sa-
ced. tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. §. 3. peccat. Lu-
do. Lopez. 1. p. instr. c. 85. initio. Graff. 1.
p. decisionum. lib. 2. c. 83. nu. 5. Temperat
hoc Philarcus, nisi in altero cõiuge sit in-
cõtinencia periculum. Sed Naua. Graffis,
& Ludouic. Lopez id intelligit, quãdo al-
ter coniux respicit confortẽ ob verecun-
diã nõ petere verbo, sed tacite satis opere
petere. At non placet hic intellectus. Quã-
uis enim ea tacita petitio desideretur, vt al-
ter coniux ex rigida iustitiã lege teneatur
annuere: nõ tamẽ vt teneatur ex charita-
tis, & aliquis iustitiã præscripto, vt pro-
bauimus hoc lib. 10. disp. 2. n. 6. & 7. quare
temperatio Philarci est tenenda.

Secundò dico, non eximi coniugẽ à de-
biti redditione alteri coniugi petẽti, gra-
tia non multiplicandi prolem. Quia cũ so-
bolis generatio, humanæq; speciei propa-
gatio, sit primarius matrimonij finis, il-
ludq; honeste, fieri repugnat vt exuberã-
tior huius finis consequutio, eximat à de-
biti redditione, quã medium est ad illum
comparandum. Sic Angel. verb. debitũ. n.
15. vbi Syl. q. 8. Nau. sum. c. 16. hispane. n.
24. latine. n. 25. Alexan. in suo Enchiridiõ
2. p. præcepto. 6. vbi de debito coniugali,

vers. si debitum negauit. Margarita cõfess-
forum. 6. præcepto, vers. 8. in fin. fol. 88.
Petrus à Ledef. de matrim. q. 64. ar. 1. dif-
fic. vlt. concl. 11. Ludouic. Lopez. 1. p. instr.
c. 79. §. peccat etiam coniux. Graffis. 1. p.
decisionum, lib. 2. c. 83. nu. 1. Atq; merito
dicit Angelus esse mortale, ob eam solam
causam negare debitum. Quamuis contra-
dicere videantur Sotus, nu. præcedenti re-
latus, & Manuel. 1. romo summ. 2. editio
ne. c. 243. n. 1. vbi dicunt non esse mortale
negare debitũ ob hãc causam, præsertim
vbi pauperes essent parẽtes; atq; ita senti-
re videtur id nõ esse mortale, etiã si paren-
tibus facultates suppetat ad filios alẽdos.

Id tamẽ fatebor, nimirũ, non esse mor-
tale debitũ ob eã causam negare, quando
non est incontinentiã periculum in altero
coniuge, & parentes non sunt tot filios ale-
ndo. Quia ab alijs iustitiã debitis per-
solvendis excusat magna incommoditas, nõ
enim cũ magno suo incommodo teneatur
quisquam restituere. Præterea, quia nõ te-
netur coniux reddere, si timor probabilis
ad sit periculi, aut detrimẽti proli iã gen-
tæ; quod tamẽ verisimile est alijs filijs iam
natis, si adhuc proles multiplicetur, paren-
tibus delitutis facultatibus quibus eos a-
lant. Ita sentiunt Sotus, & Manuel. n. præ-
cedenti allegati. Ludouicus Lopez. 1. p.
instr. c. 80. paulõ post principium.
Emmanuel Sa summa, verb. debitum con-
iugale. §. penulti. Petrus de Ledef. de ma-
trim. q. 64. ar. 1. ad finem. Imò nec venialis
culpa erit in hoc euentu debitum negare.
Quod rationes allatæ probant, & clarẽ
sentit Petrus de Ledefma ibi, ait enim nõ-
quam concedi copiã ad debitum negan-
dum, si modò suppeteret census ad libe-
ros educandos, & institutos. Qui addit,
& bene, id accipiendũ esse, quãdo paren-
tũ facultates nõ sunt ad alimẽta sufficien-
tes, secus vbi eis præstãtis sufficiunt, parẽti-
bus suspensibus, quãuis ijs defunctis diu-
tæ inter tot liberos nõ sufficiat. Quia sa-
tis est vt parentes sufficienter prolem a-
lant, dum viuunt, & post eorum obitum si
facultates non sufficiant, proli erit alium
de victum querere.

Tertiò dico, culpam esse mortalem, de-
bitum negare, eò quod alter coniugẽ à Iu-
dæis, aut Sarracenis originem ducat, ne
proles ea macula afficiatur. Quia cũ matr-
monium non sit ob eam causam irritum,
verum ius acquiritur ad debitum coniu-
gale. Sic Sotus. 4. dist. 32. quæstion. vnica,

art.

Ar. 1. ad finem corporis, vers. quod si cõtra
Bartholomæus à Ledef. de b. 71. de mati-
paulõ post principium. Manuel. 1. romo
sum 2. edition. c. 243. n. 1. Graffis. p. 1. deci-
sionum. lib. 2. c. 83. n. 8.

Vltimo dico, fas esse debitum negare,
ad vitandum magnum in bonis fortunæ,
aut famæ detrimẽtũ, vel ad magiã in il-
lis vilitatem comparandam. Constat ex
dictis hoc lib. 10. disp. 4. nu. 13. vbi proba-
uimus ex his causis licere viro petere

proficisci, quanuis vxor in ea absentia de-
bitõ fraudetur. Sic Petrus à Ledefma de
matrim. q. 64. ar. 1. dub. vltim. concl. 2.

Vtrum autem quando dubitatur de va-
lore matrimonij, liceat petere, & reddere?
satis diximus lib. 2. disp. 41. & sequentibus,
& quid, quando alteri coniugi constat de
matrimonij nullitate? ibi, disp. 39. per to-
tam. & aliquibus sequentibus, & quid, dũ
penet let lis de valore matrimonij? ibi, disp.
41. n. 50. & sequentibus.

DISPV T. VIGESIMASEXTA.

Vtrum ratione cognationis spiritualis post matrimonium inter con-
iuges ortæ, ex eo quod alter alterius, aut communem filium bap-
tizarit, aut in baptismo, vel confirmatione tenuerit, impediatur v-
sus matrimonij, quoad petitionem, & redditionem.

SUMMARIUM.

Proponitur ordo seruandus n. 1.
Pater in necessitate baptizans communem
filium, aut alterius coniugis, non priuatur
debiti petitione. Et qualis sit hac neces-
sitas. n. 2. & idem si baptizet v corem.

Quid, si pater vbi alius deest, si filij cõmunis,
aut sã vxoris parvulus, num similiter pos-
sit adhuc petere debitum? n. 3.

Quid, si pater filium teneat in necessitate, nõ
tamquam suscepit: sed materialiter? n. 4.
Num peccet parens, si sit parvulus filij, vel filij
vxoris, vel ipsius vxoris, ipsosve baptizet?
nu. 5.

An coniugi baptizanti, vel tenenti communem
filium, vel alterius coniugis, interdicitur
petitio debiti? Refertur opinio negans, nu-
mer. 6. Contraria auctoris. nu. 7. vbi de te-
nente coniuge.

Quid, si multo se id fiat, ad fraudandũ debi-
to alterum coniugentis? n. 8.

Quid, si ignorat, & si alter cõiux commineat
in eo baptismo, cõsulat v: & si vterq; bap-
tizet, vel teneat in baptismo communẽ filium:
& plerq; alia de cognatione hac quoad de-
bitum impediendum, remissio. n. 9.

An dum coniux nequit exigere debitum ob cog-
nationem ortam, possit à cura, domoq; alte-
rius coniugis expelli? remissio. n. 10.

An tenens filium communem, aut alterius con-
iugis, in catholicismo, priuatur debiti exa-
ctione? nu. 11.

Soluuntur argumenta, nu. 12.

HA genus disputatum est de ijs
cõmunitatibus, quæ reddunt actũ
coniugalem vitiosum, at nõ pri-
ant iure exigendi debitum. Iã
eis aggredimur, quæ illo p. iuant. Hæ autẽ
sunt cognatio spiritualis, affinitas post ma-
trimonium orta, & votum. (Nam de adul-
terio, & alijs criminibus, quæ simul ius di-
uortij concedunt, est habendus sermo to-
to lib. sequenti.) In præsentĩ ergo, de cog-
natione spirituali disputatio habetur in
sequentibus verò de affinitate, & voto.

Conueniunt autem omnes, coniugi in
necessitate baptizanti filium communẽ, ni-
mirum, suũ, & alterius coniugis, quanuis
inde inter ipsos oriatur cognatio spiritua-
lis, quæ si matrimonij præcederet, ipsum
dirimeret, minimẽ interdici petitionẽ de-
biti. Est expressa definitio Ioan. VIII. c. ad
limin. 30. q. 1. & redditur ibi ratio, quia nõ
est æquum, cõiugem qui culpæ immunis
fuit, suæq; satisfecit obligationi, baptizã-
prole ne in æternũ periret, id damnũ senti-
re, vt sibi interdicitur debiti petitio, quæ
pœna est delicti. Quoniã absq; culpa nõ
de iure suo priuari debeat, eadẽ discretionẽ,
de eo qui cognovit cõsangu. Et quãuis is
textus loquatur de eo, qui propriũ filium,
& vxoris suæ simul, baptizauit. At ratio in-
eo subiecta militat etiam in casu, quo
cõiux baptizat filium solius alterius coniugis,
in necessitate. Atq; id eò dicẽdum est nec
tunc arceri à debiti petitione. Sic Ioan. de

Gggg 3

Fri-